

54

7
3

203

55

7^a-1516

~~103 - 6~~

~~445 - 10 n° 51403~~

2. 305

31407 87
M. Fabii Quintilianí oratoriariū
institutionum libro primo.

An cuiusq; auris est exigere litterarum sonos: non
hercle magis q̄ neruorum. -5

R. 1499.25
Conclusio prima.


Octo eē uocales apud latinos: & si plæriq; omnes
grammatici dicant esse tantum sex.

Conclusio secunda.

Ch. th. ph. gn. x. i. consonantem. u. liquidã & uo
cales aspiratas perperã a nostris pronūciari.



Ad splendidissimū cisterciēsis militiæ præfectū:
atq; æquestris ordinis magistrū Dalcātara do.
Ioānem de Stuniga: necnō ad Salmāticeñ. aca
demix. P. C. & scholasticā iuuetutē: Aeliū An
tonii Nebrissensis grāmatici Repetitio secūda
quā fecit Anno christianæ salutis. M. cccc. lxxx
sexto: de corruptis hispanoz: ignorātia quarun
dā litterarum uocibus.



Non desunt Illustrissime dñe Patres ob
seruādi atq; spectatissima iuuetus: qui
me pusilli animi uel ignauix potius ac
cufent quod cū superesset mihi adhuc
atas: q̄ possē ingeniū meī uires in iis artibus exerce
re: q̄ imperitæ multitudinis arbitrio eminētissimū
gradū inter cæteras obtinere uidēt: malui nō solū
demitte me ad artes infimas & pueriles discipli
nas: uerū etiā intra sola grāmatices & poetrix stu
dia cōsistere. Quod si hæc ab illis parua eē putant
quid nūc dicturi sūt cū audierint me non modo iis
de rebus quæ sunt illoz: iudicio infime: sed etiā de
p̄mis litteraz: elemētis eo tpe atq; loco disputasse:
quo præclarū aliquid a me expectabat: Quos po
terā ego facile placatos dimittere: si dicerē hāc eē
professionis meæ subiectā materiā: unde oēs uitæ
meæ rationes fructus honoresq; pueniūt: malo tñ
oēm illorū impetū & rabiē in me cōcitare. An ego
istos litteratos appellē: q̄ uix intelligūt quid a con
sonātibus uocales distēt: q̄ penitus ignorant l̄rarū

uoces: q̄ tribus lineis scribēdis ī orthographiā quī
quagies peccant: qui cū latīna legūt hispane p̄nū
ciant: Ego illos nō litteratos sed litteratores: non
grāmaticos sed pseudographos: nō latinos sed lati
ni sermonis eueriores & q̄ dē uerissime appellauerū
Sed aliud tēpus erit magis opportunū: quo illorū
ineptias & deliramēta magis p̄feramus ī lucē: nūc
ad illa ueniamus q̄ academiā nostrā īstituto uete
ri atq̄ antiq̄ lege hodierno die coactus sum ī lucē
afferre. Locus igit̄ quē repetere institui hoc āno q̄
est magisterii mei secūdus: a salute uero christiana
millesimus q̄drīgētesimus octogēsimus sextus scri
bitur a. M. Fabio Quintiliano oratoriarū institu
tionū libro p̄mo: in hęc uerba. An cuiusq̄ auris ē
exigere l̄rā: sonos: nō hercle magis q̄ neruorū. Cū
enī coepisset auctor admonere p̄ceptores artis gra
maticæ quo pacto pueros litterarū rudes in p̄mis
doctrinæ incunabulis instituere deberēt: dixissetq̄
nō satis esse consonātes a uocalibus distinguere: ip
sasq̄ eas in semiuocaliū numerū mutarūq̄ partiri:
& quod interiora huius sacri adeūtibus appareret
ea rerū subtilitas quæ nō modo acuere ingenia pu
erilia: sed etiā exercere altissimā quoq̄ eruditionē
ac sciētīā posset. subiūxit pauca illa uerba q̄ hodie
interp̄tāda suscepimus. An cuiusq̄ auris ē exigere
l̄rarū sonos: nō hercle magis q̄ neruorū. Ac si aper
tius dicat: quēadmodū quisq̄ nō pōt sēsū diiudica
re uerorū subtilē harmoniā: neq̄ ratiōe p̄pendere

illa septē discrimīa uocū nisi q̄ sit ī arte musica eru-
ditissimus: ita nō quicūq; sed is tātū q̄ rationē litte-
rariam caller: poterit exacte litterarū sonos p̄ferre
platosq; p̄cipere. Atq; omīssa cæterarū linguarum
disquisitione: inuestigandū p̄mo nobis est: desint ne
sermoni latino aliqua figuræ litterarū p̄ter duas &
uiginti illas q̄ sūt ī usu apud latinos. & an rursus ali-
quæ ex illo nūero redūdēt. An p̄terea litterarū sit
ille son⁹ q̄ ab hispaniæ nostræ hoībus p̄ferri cōsue-
uit. ¶ P̄cipio desūt sermōi latino uocales duæ: al-
tera q̄ inter e. & .i. altera q̄ inter .i. & .u. audit̄. idq;
p̄bari potest cū aliorū testimonio: tū maxime Quī-
tiliani harū rerū auctoris grauissimi ac p̄inde acerrī-
mi. Is enī paulo post illa uerba q̄ explicāda suscepi-
mus ait. Medius est qdā .i. & .u. litteræ sonus. neq;
enim sic optimū dicim⁹. ut opimū. & here neq; .e.
plane neq; .i. audit̄. Vult sibi q̄ntilian⁹ quod ī hac
p̄ticula optimus neq; sonat. i. neq; .u. sed quædā in-
ter has litteras uocalis mediā: q̄ cū non haberet no-
mē neq; figurā. alii ex auctorib⁹ clarissimis optim⁹
& maximus p̄ .i. alii optum⁹ & maxumus p̄ .u. scrip-
serūt. Cæsar enim p̄mus oīum dicit̄ optim⁹ & ma-
ximus scripsisse: cū superiores optum⁹ & maxum⁹
scriptitarint: Idq; ex eo accidit quod nō erat in usu
litteræ figura qua mediā uox illa scriberet̄. Nam
quemadmodum Aristoteles ait: Quando medium
innominatum est: certant extrema de mediā regi-
one.

¶ In hoc prætera temporis

aduerbio heri. neq. ē. neq. i. sentiū in fine. Ex quo effectū est ut hanc pticulā usq; ad Augusti cæsaris tpa p. i. scripserint: ut Terētius in andria. Heri aliquot adulescētuli ī pyreo coim⁹ ut de symbolis esse m⁹. Et cicero ī epistolis. Heri uespi apud me hirci⁹ fuit. qua mēte esset Antonius demonstrauit. Dein ceps p. e. ut Horati⁹ ī secūdo libro sermonū. Cōiua dictus here illic de medio potare die. & Iuuenalis in tertia satyra. Res hodie minor ē here q̄ fuit: atq; eadē cras deteret exiguis aliqd. Martialis quoq; epigrammatō libro pmo. Bis tibi tricenī fuimus mancine uocati & positū ē nobis nil here p̄ter aprū & libro q̄rto. Cur here quod dederas hodie puer hyle negasti. Tā subito durus q̄ modo mitis eras Nostro sæculo rursus heri p. i. cū antiq̄tate scribimus. Diomedes quoq; diligētissim⁹ gramaticæ artis p̄ceptor idē cū fabio sentire uidet̄ his uerbis. I. & u. mediæ dicunt̄: qa ī q̄busdā dictiōibus exp̄ssū sonum nō habēt: ut uir optimus. Diceret uero quispiam q̄dnā causæ est cur tēpestatis nostræ hoīes nō possunt medium illū sonū pcipere? Aut si a priscis illis pcipiebat̄: cur nō excogitauerunt figuras qb⁹ medius ille son⁹ repræsentaret̄? Sed antea q̄ huic q̄stiōi satisfaciam⁹ simul etiam ut ea q̄ postea dicēda sunt: magis elucubrent̄: illa q̄stio discutiēda nobis est: qs ille sit auris tā emuncte: cuius iudicio in hac sonorum disputatiōe cōsentire debeamus. Nā si asciuero mihi testes iam inde ab antiq̄tate repeti

tos: quorum testimōio causam ueritatis cōfirmare
uelim: nō deerūt q̄ dicant se quoq; habere suos au
ctores papiam. hugutionē. catholicō: & nescio quē
Raimundum & petrum heliam: Si p̄terea dixerō
me audiuisse in italia summos quosdā uiros hoc ul
illo modo p̄ferētes respondebunt opinor se quoq;
audiuisse nescio quos sophistas. physiologos. legu
leos. & sacrificulos quosdam aliter illa eadē p̄nun
ciaſse. Ne sit igit̄ opus totiēs eadē de re aures obtū
dere uideamus q̄ nam sint de hac lite futuri iudices
idonei. Atq; in p̄mis aut oēs plane a cōmuni sensu
deficimus: aut tēpestati nostræ antiq̄tas illa emēda
ta hispanis itali & græci p̄ferēdi sūt. Nam q̄mad
modum de dulci & amaro nō ægroti sed bene ualē
tis lingua de coloribus nō cæcus sed oculorum acie
instructus de uirtute nō malus sed studiosus. sic de
litterarum uocib⁹ nō q̄cumq; sed uir tantū erudit⁹
iudicare poterit. Quisq; enī ut ait Aristoteles bene
iudicat q̄ cognoscit eorum q̄ bonus est iudex. Quo
nam igit̄ pacto de litteris iudicare potest q̄ neq; la
tinos codices legit neq; p̄ceptores græcos aut la
tinos ūquam audiuit? Aut igit̄ summorum uirorū
partim ueterum partim iuniorum iudicio acquies
cendum est aut tota hæc de ratione litterarum dis
putatio e medio tollenda. Sed inquit isti cur me
dium illum sonum. e. & .i. atque. i. & .u. litterarū
neq; sentim⁹ hodie neq; p̄ferim⁹? Aut unde tant⁹
stupor aures n̄ras occupauit si illi tam acutos atq;

emēdatos sensus habuerunt? Iam hæc q̄stio nō so-
lum ē in hac l̄ra: cōsideratiōe de q̄ institui-
mus ali-
qd dicere: sed p̄ cæteras quoq; artes & sciētias q̄ de
sono disputant: latius patet. Et qm̄ uideo eam sili-
tudine Quītiliano placuisse. Quēadmodū ī libris
q̄ de arte musica scripti sūt legimus tria melodiæ
genera fuerūt apud antiquos. Diatonicū qđ p̄ to-
nū. tonum & semitonium p̄cedebat. Chromaticū
qđ per semitonium & semitoniū & tria semitonia
Enharmonicū quod per diesim diesim & ditonium
p̄grediebat. In hoc genere triplici & cantabāt il-
li ueteres: & quod ab aliis canebat sētiebant: cum
tēpestatis nostræ hoīes uno tm̄ diatonico genere
utentes ad cætera illa duo genera ita surdas aures
atq; interclusas arterias habeant: ut neq; qđ sit die-
sis oīno intelligant: neq; ullo modo effingere pos-
sint cōtinua quicq; semitonia. Quid quod diatessa-
ron cōsonantia apud illos erat harmonica: cum sit
in p̄portiōe sesquitercia: apud musicos uero nri tē-
poris sit penitus incōsonans nisi aliis uocibus mis-
ceat. Ecōtrario cū in p̄portiōe superpatiēti nemo
ex antiq; p̄ter Claudium Ptolemæum posuerit cō-
sonantiam: nri musici harmoniam in ea & quidē
perfectam posse esse dicunt: perinde acsi alia fuerit
apud illos sonorū ratio atq; aurium sensus q̄ apud
nostros. Quod in saporibus & gustatu accidisse ui-
deo. An nō inter aues p̄cipui saporis erant turdus
& ciconia: quēadmodum inter q̄drupedes lepus &
aper: cum Martialis dicat. Inter aues turdus si q̄



me iudice certet: iter quadrupedes gloria prima lepus
& apud Horatium in secundo libro sermonum Epicureus ille Catus fecundi leporis sapiens sectabitur
armos. & alio loco. Tutus erat rhombus tutoque ciconia nido. & Iuuenalis. Quanta est gula quae sibi
totos ponit apros animal propter conuiuia natum. At
qui nostrorum hominum gula turdis attagenas. pauones. phasianos. perdices. coturnicesque ante ponit:
cum ciconiam penitus e mensa piecerit. Quis hodie
inter holera uelca numeret maluas? aut quis olitor
inter hortenses atque satiuas habeat? Atqui illas cum
lactucis antiquae esitabant. quod uel ex illo Martialis
uersu manifestum est. Vtere lactucis & mollibus utere
maluis. Cui astipulat in Moreto Virgilius maluae inquit inulacque rubebat. Atque ut in re notiori &
grammaticis magis usitata uersetur: tres apud antiquiores fuerunt accetus. acutus quo syllaba eleuatur.
grauis quo syllaba deprimitur. circumflexus quo syllaba eleuatur deprimiturque. nam ex acuto & graui
compositus est. Sed quae hodie profert. aut prolatum percipit tenorem illum circumflexum? At maiores nostri
quorum erant aures in sermone latino delicatae magis & proferebant absolutissime & prolata sentiebant acerrime.
Non morabor amplius in hac parte. Illud modo possum dicere aliter ueteres illos & quae se illorum imitatores esse
mallunt de quibusdam litterarum sonis iudicare solitos aliter hispanos quorum est iis de rebus iudicium adeo
obtusum. ut si coneris illorum stulticiam rationibus conuincere. nihilo plus agas quam si des operam ut cum

ratione infans. Neque mirandum est si medias illas uocales que ab antiquis intelligebantur: neque sentire neque profere possimus: cum iam inde ab infanzia sic assuefacti simus uocales tantum quinque pronuntiare: ut nullo modo facti duriores possimus aliud quam quod a nutrice audiuius efferre. Hinc est memorabile illud. M. fabii preceptum: debere pueros cum adhuc teneri sunt syllabas omnes perdiscere: neque difficillima quaque earum in aliud tempus differre atque ab eisdem aetatibus exigendum esse ut nota quaedam uisusque affectata difficultatis ex plurimis asprime coeuntibus iter se syllabis catenatos & ueluti confragosos acutissime uoluat. chalepi graece uocantur. res modica dictum: quod tamen omissa multa linguae uitia nisi primis eximuntur aenis inemendabili in posterum prauitate durant. Atque illa nimirum causa est: cur grandiores aetate non possunt alterius linguae uoces proprias atque uernaculas exprimere: quod quomodo funambulorum & petauristarum corpora ad quosdam membrorum flexus nisi tenera formari non possunt: sic animos quoque ad pleraque duriores aetas ipsa robustior facit. Sic graeci latini & galli nunquam profecerunt. quia: quae uox propria est hebraeae & punicae linguae. A mauris etiam per fidulas & tormenta non extorquebis. Illa. quae propria est hispanorum. Ego quoque ut de me aliquid fatear: cum aliquando coepissem litteris hebraicis opera dare: nunquam potui satis hebraeorum exprimere. Hinc propterea effectum est ut paulo ante diximus quod tepestatis nostrae musici non possunt chromaticum illud & etharmonicum genus canere: quod cum primis nati sunt audierunt domi nutrices & puellas: deinde foris om

nes i diatonico genere cantantes. Oes inq̄ iuuenes &
senes pueri innuptæq; puellæ. ciues & rustici sacri
& pphani per tonū tonū & semitoniū cantilenas su-
as hodie cōponūt. Quod uero obiiciūt cur nō anti-
q̄tas excogitauit notas q̄bus duæ uocales illæ scri-
berēt: possum ego etiā q̄rere: cur nō dederūt figu-
ras. i. & .u. cōsonantibus: aut quēadmodū græci &
hebræi & arabes. c. p. t. aspiratis. Aut cur e cōtra-
rio eūdē sonū tribus līrarū figuris hoc ē. c. R. q. re-
præsentāt. Nunc uero satis mihi fuerit ad id quod
uolui cōprobādū Diomedis & Quītiliani auctori-
tas q̄ duas uocales illas nobis deesse testāt: ut sint
oīno in usu apud latinos uocales octo. a. e. i. o. u.
y. psilō. duæ illæ mediæ inter. e. & .i. atq; inter. i. &
u. Quod si dixerit q̄spiā in quo distat. y. græcū ab
i. latino ut uocales diuersas eē putemus. Neq; enī
diuersitas figurarū facit illas esse diuersas: alioquī
aleph hebraicū. alpha græcū alipha punicū. & .a.
latinū q̄ttuor essēt elemēta. Quēadmodū igit̄ q̄t-
tuor figuræ diuersarū linguarū eādē habēt uīm &
potestatē atq; p eodē elemēto cēseri debēt: eodem
modo. y. græcū & .i. latinū eādē eē līram existiman-
dū ē. Ad qđ breuiter illud ex. M. Fabii Quītiliāi
sentētia respōdemus tm̄ inter. y. psilō & .i. iota di-
stare: q̄nta inter duas q̄scūq; uocales pōt eē distan-
tia maior. Libro nāq; oratoriæ institutionū duo-
decimo inqt. Lucūdissimas ex græcis litteras nō ha-
bemus: uocalē alterā alteram cōsonantē: q̄bus nul-

læ apud eos dulcius spirant: quas mutuari solem⁹
quotiēs illoꝝ noĩbus utimur. quod cū cōtingit: ne
scio quomō hylarior protinus renidet oratio. ut ī
Zephyris zopyrisque: q̄ si n̄ris litteris scribāt: sur
dū qdē & barbaꝝ efficiēt sonū: & uelut in locū ea
rū succedunt tristes & horridæ: q̄bus græcia caret
Q̄d si distātia illa uocis hodie nō sētī a nobis illa
nimirū causa ē: quā supra de hebeti & crasso auriū
nostrarū iudicio rettulimus. Sed de uocalibus ha
ctenus dictū sit: de cōsonātib⁹ adhuc difficilior ra
tio ē. Omitto nūc ea q̄ oēs fatent: deesse nobis du
arū cōsonātiū figuras pro q̄b us. i. & u. posuimus.
Omitto quod. R. ē penitus ociosa: cū in eius locū
c. successerit: & q̄. q. nō est multū necessaria cū. c.
& u. eo modo sonū illū præstare possint quē. q. ad
iūcta. u. ostendit: quēadmodum. g. & s. u. liq̄da se
quēte. Omitto q̄. x. carere potuimus: cū p. cs. aut
gs. scribi possit: quod nūc per illā scribimus. Alia
sunt q̄ n̄ri hoĩes magna cum sua turpitudine igno
rāt: & ignorata turpius defendūt. Sed ī p̄mis illud
qd̄. ch. sequēte. e. uel. i. tali sono p̄ferūt: q̄lē græci
quotiēs eadē uocales sequūt. R. Itaq; p̄ eo quod
est orchestra & achilles græce: dicunt orchestra &
achilles. p̄ eo quod cherubim & Ioachim hebrai
ce: dicunt cherubim & Ioachim. p̄ eo deniq; quod
est pulcher & mihi latine: dicunt pulcher & mihi.
Illud miror cur nō eadē ratione p̄ferant charitas.
chorus. bacchus: p̄ eo quod est charitas. chorus.

bacchus: quāquidē per. ch. particula illa scribūt.
Quorū inscitiā refellere & si manifestae demētiæ ē
libet mihi tñ insanire quā cū isanis ago. Quos po
terā ego pulchræ tāq̄ hoīes ignaros & nullius mo
mēti cōtēnere: si haberē amicos uiros doctos quibus
cū illorū imperitiā ridere possem. Nūc uero in tā
ta stultorū hominū puicacia: uolui saltē apud uos.
P. C. testatū relinq̄re & quid ego de litteris sentiā
& in q̄to illi quāq̄ turpi errore uersent. Ad refellēdā
ergo istorū ignorātiā cōsulēdi nobis sunt græci. he
bræi. & arabes quorū hec p̄nunciatio p̄pria & pecu
liaris ē: nā per. ch. aut nulla dictio latina scribitur
aut illa tñ duo q̄ supra diximus pulcher & michi
scribēda sunt. Videamus quo sono illi suū. ch. pro
ferunt. Neq̄ enī dubiū ē quin quotiēs illoꝝ dictio
nes in latinū sermonē uertimus eadem litteratura
scribere: atq̄ eodē sono p̄nunciare debeamus. Du
as l̄ras habēt græci. K. & X. subtilē alterā alterā
spissā: priorē in. c. sequētē in. ch. uertimus semper.
Binas quoq̄ eiusdem generis habēt hebræi & ara
bes quorū priores æque in. c. sequētes in. ch
semp̄ interpretamur. Si igit̄ græci hebræi & arabes
atq̄ etiā doctissimi latinorū hodie uno cōsensu. c.
aspiratū per. chi. nō per. chi. p̄nūciāt: q̄ tāta igno
rātia hispanos occupauit: ut in peregrinū atq̄ a la
tino sermone alienū sonū diuenterint. Aut cur nō
cū græcis dicam⁹ orchestra & achilles: cū hebræis
cherubim & ioachin quos particulas illi per &
aspiratas: nō p̄ & exiles scribūt. Nā de pulcher

& michi nō ero tā ptinax ut affirmē per. ch. scribē
da esse: cū sint auctores q̄ dicant pulcer sine aspira
tiōe posse scribi: & quod michi p. ch. scribat̄ apud
nemine adhuc legi. Cuius particulæ orthographia
cū tēporibus mutata est. antiq̄ssimi una syllaba mi
p̄ferebant. ut Ennius nō uos mi aurū dederitis. &
Virgilius antiq̄tatis amator nimi⁹ libro sexto enei
dis. O uirgo noua mi facies inopina ue surgit.
Deinde cōceptū est mihi duabus syllabis iteriecta as
piratiōe p̄ferri. qđ aliis quoq̄ dictiōib⁹ euenit ut
inter uocales geminatas aspiratio scriberet̄. ut ue
hemēs nihil cōprehēdere. Atq̄ ut auctor est Quin
tilianus mehe interposita aspiratiōe pro. me. apud
antiquos tragœdiarū scriptores p̄cipue iueniebat̄
Vnde uero. C. hāc particulā subrepsit. ne suspica
ri quidē possum: nisi forte qa ex geminata. i. redde
bat̄ uox hiulca & deformis: quo dulcior esset p̄nū
ciatio iteriecta est. c. quod græci quāquā in diuersis
dictiōibus faciūt plerūq̄: ne duæ uocales cū nimia
oris deformitate cōcurrāt. Siue igit̄ mi. siue mihi:
siue michi dicamus: nihil nō p̄babile dicim⁹: mihi
uero quo more hispani p̄ferunt oī penitus ratione
caret: quod etiā de nihil dicendū est. Nō ī minori
errore uersant̄ q̄ eo modo. th. aspiratū. p̄ x. exili
p̄ferunt. neq̄ aliter in p̄ma syllaba thalam⁹ & tho
bias quā tant⁹ & tot⁹ p̄nunciant: cū sit iter utram
q̄ l̄ram distantia nō minor q̄ iter. p. & ph. aut quod
paulo ante dixim⁹ iter. c. & ch. Nā p̄pterea q̄ tres

illæ cōsonātes aliter aspiratæ quā subtiles p̄ferbāt
Palamedes ille naupli filius dicit̄ excogitasse tres
alias figuras: q̄bus eadē scriberent̄: quotiēs essent
aspiratæ. Hebræi quoq; & arabes quēadmodū fi
guras l̄rarum ita etiā & uoces diuerſas habēt. Alio
nāq; modo. theth. hebræi & arabes: alio tau. & ta.
p̄nunciant. Cū igit̄ nulla dictio latina. t. aspiratū
recipiat: a tq; illius uox oīno sit nostris icognita: cō
sulamus græcos: cōsulamus hebreos: cōsulam⁹ ara
bes & poenos: & quoniā cū illorū dictiōibus ortho
graphiā quoq; recepimus: quēadmodū illi p̄ferūt
ita & nos p̄feramus. Neq; enim minus deridendi
sumus cū latina male p̄nunciamus: quā rustici hīf
pane loquētes cū branca tabra. fiio. fizo & similia
dicunt. Atqui nō modo uenia digni sūt q̄ pro. h.
f. pro. l. r. pro. i. cōsonāte uocalē p̄ferunt: uerū etiā
pro antiq̄tatis maiestate cōmēdādi: cū tamē nostri
sint penitus inexcusabiles quod eodē sono duas lit
teras enūciāt: quarū est tanta differētia: quātū iter
uitā distat & mortē. Thita namq; i declarandis iu
dicū sentētiis nota erat cōdēnatiōis ad mortē: dicē
te. A p̄sio in satyra. Et potis es uitio nigrū præfi
gere thita. & Martialis libro epigrāmato Nosti
mortiferū p̄toris castrice signū. Est operepreciū dif
cere thita nouū. Tau uero signū erat absolutiōis
ad uitā: Cuius testimonio est Ezechiel propheta ca
pite uisionū suarū nono. Transi per mediā ciuitatē
in medio hierusalē & signa. T. super frōtes uiorū

gementiū & dolentiū super cūctis abominatiōibus
quæ fiūt ī medio eius. Quod uero dicit̄ a grāma
ticis nescio quē Remigiū præcepisse: quodq; uideo
a plerisq; oībus grāmaticis obseruari: quotiēs post
t. nō aspiratā sequit̄ .i. & post. i. alia uocalis: quan
quā scribat̄ .t. debere pferri. c. oī penitus ratione
caret: quī poti⁹ illud suspicor maiores n̄ros quē ad
modū scribebāt: sic & pnunciare solitos. Neq; enī
uerisimile est si hoc ab illis fuit obseruatū: quod de
tanta re oēs q; unquā de orthographia scripsere sil
uissent: Cū p̄fertim auctor sit Quītilianus ita pnū
ciandū esse quē admodū scribimus. exceptis paucis
dictiōibus. quarū auctores meminerunt. Sed qa uī
deo fere oēs uno consensu in hāc pnunciatiōē cōf
pirasse. ne simul cūctis indicere bellum uidear licet
mihī paululū dissimulare. Illud uero nullo modo
patiemur: quod dictiones peregrinas nonnulli cor
rumpunt. c. pro. t. proferentes. quales sunt necro
mantia geomantia. nam etiā & tiara eo modo quo
græci enunciamus. Inter. p. aspiratū atq; subtile
fateor me ignorare an sit illa uocis differentia: quā
nostro tempore obseruam⁹: quoniam aspiratio ad
dita. p. litteræ. multo magis illā a sono suo distare
facit. quam .c. aut. t. uideturq; aliquid plus quam
aspirationem addere. & in quibusdam dictionib⁹
indifferenter utraq; utimur. ut palarica. phalarica.
olympo. olympo. Illud uero adhuc multo diffi
cilius cognitū qd iter phi. græcū & .f. latinū distet:

Neq; enim aliter nro tēpore phagus. sphaera. phil-
trum. q̄ fames. femur. filius p̄nunciant: qn̄ imo di-
ctiōes quasdā modo p. ph. cū græcis mō p. f. cum
latinis scribim⁹: ut phama phystula phucus. fama
fistula. fucus. Quintilianus tamē quē ego auctorē
cunctis p̄fero: nimīū inter utrāq; distare putat. Nā
quæ successerūt in græcarū locū q̄busq; græci carēt
tristes & horridas appellat. & de. f. libro duodecimo
inquit. Quæ sexta est n̄rarū pene nō humana uoce
uel oīno nō uoce potius inter discrimina dentium
efflanda est: q̄ etiā cū uocalē p̄ximā excipit: quassa
quodam mō: quotiēs aliquā cōsonantē frāgit mul-
to fit horridior. Ego cū a mauro quodā q̄ inter suos
punicæ linguæ pitissim⁹ habebat: quæfissē cur. p.
aspirato sēp: exili nūq̄ uterent̄ respōdit hoc ab illis
fieri p̄pter uocis suauitatē & linguæ suæ ornamen-
tū. Cūq; rursus ex q̄ntiliani uerbis q̄ de. f. l̄ra dixi-
mus instarē sonū illū eē tristē & horridū hoc ab eo
respōsum accepi rursus. suos nō pressis ad inferiora
labra dētibus sed laxis atq; solutis suū phe p̄nūcia-
re. Ex quo fit ut suspicer. p. aspiratū nō præssis dēti-
bus ad inferi⁹ labrū. sed potius diductis esse p̄ferē-
dū. Nemo est fere q̄ nesciat. i. latinum mō uocalis
mō cōsonantis loco poni. atq; tūc eē uocalē. cū a re-
liqs uocalibus pura sonat. tūc cōsonantē cū uocalē
aliquā ferit. Illud uero pauci ex n̄ris intelligūt quo-
sono p̄ferēda est cū p̄ cōsonantē accipit̄. neq; enim
eo modo ianua. ieiunium. ioc⁹ proferri debet. quo

hispani proferunt. sed quemadmodum italorum doctissimi pariter & indocti. Sed quia graeci hebraei & arabes. i. consonantem non habent atque illius sonum penitus ignorant: non possumus illorum testimonio quod uolumus efficere. tantum iuuare nos potest eorum qui latini sermonis doctissimi habent auctoritas. Est tamen aliqua ratio quae nobis suadere potest quo sono proferenda sit. quoties in fine dictionis ponitur haec littera. etiam imperiti intelligunt non habere sonum: quem in principio uel medio proferunt. ut in his dictionibus cui. ei. hei. huic. i. quibus. i. finalis non uocalis sed consonans est quem sonum habeat: omnes intelligunt. Nam quod particulae illae unius tantum syllabae sint facile carminibus demonstrat. Virgilius primo eneidis. Cui pater intacta dederat: promissaque iugarat omnibus. & paulo ante. Huic coniunx sicheus erat ditissimus agri phoenicum & Libro secundo. Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo hectore. Reperiunt tamen poetae aliquando pro dieresim disyllabae protulisse. ut albinus. Sponte deum patuere cui freta nulla repostos. & Iuuenalis iuuenes hortantur ut illam ire uiam pergant. & eidem incumbere sectae. Nisi forte uoluerit quisquam cum Francisco nolanos sermone latini uiro eruditissimo sentire: qui mecum contendebat dictiones illas diphthongo proferri: quod est nouum atque iter latinis inusitatum ut. e. & .i. uel. u. & .i. in diphthongum coeant. Priscianus quoque libro de octo partibus orationis septimo auctoritate horatii libro epistolarum primo confirmat. i. finale consonam

tem esse posse. Durus ait uultei nimis attentusq; uideris. Quod uero uultei disyllabū sit: satis ex ratione carminis apparet: quod. i. cōsonās Priscianus testatur. qualē uero sonū habeat nulla mihi etiā cū latinæ linguæ hostibus cōtentio est. Ex quo efficitur quod erat propositū. i. cōsonantē nō eū sonū habere quo hispani pferūt: sed quo itali oēs atq; aliarū nationū doctissimi. Iā uero si dictiones pegrinas in latinū sermonē uertimus: raro. i. iota ī consonantē: plærūq; ī uocalē traducit: cū nrī hoīes fere quotiens ī principio dictionis sequēte uocali ponit nō modo ut consonātē: sed uti suā consonātē pferāt: qualia sūt iaspis. iābus. iason. iesus. iacobus. ubi. i. uocalē esse uel mediocriter docti intelligunt. quod etiā carminib⁹ facile demōstrari potest. Iuuenalis præclara illic laudat iaspis. Hora tius Archilochū primo rabies armauit iābo. Iuuenalis mensē quidē brumæ cū iā mercator iason. Quod si ē q; dicat carmen heroicū posse recipere spondeum in quinto loco: proferemus genus carminis in quo necessario i. debeat esse uocalis. Martialis. Et preciū magnis fecit iapidibus. qui est uersus pentameter elegiacus. Terentianus quoq; de metro iambico Et rarus intrat ex iambis omnib⁹: ubi iambis trium syllabarū ē. Conterraneus præterea noster Iuuenicus qui quattuor euangelia hexametris uersibus composuit iesum semper trisyllabum posuit. uersificator ille quidem: sed quem diuus Hieronymus adeo p

bauit, ut in libro uirorum illustriū dicat illius carmina cū carminib⁹ antiquorū posse cōparari. Q d̄ ut necessario fieret: pleriq; librarii aspiratiōem inter. i. & e. posuerūt: ne scilicet in unā syllabā utraq; uocalis coalesceret: sed per aspirationē altera ab altera disiungeret̄. Aliqñ tñ ut ego suspicor. i. uocalis per errorē ī cōsonātē uersa ē. idq; raro ut ī his dictiōib⁹ troia. maia. aias. p qbus latini dicūt troia. maia. aiax. & quod illi dicūt disiūctis uocalib⁹ iudea. latini auctores. i. ad. u. collisa iuda pferunt Lucanus in tertio pharsaliæ. Incerti iudea dei. & iuuenalis ī sexta satyra. Arcanā iudæa tremēs mē dicat ad aurē. Illi iā penitus intolerabiles q; dictiones habētes. i. aspiratū quod teste Prisciano nullo mō pōt esse cōsonās: more suo atq; uoce incognita neq; unq̄ latinis audita pferre cōtēdūt: q̄les sūt. hi acinthus. hierosolymæ. hieronymus. q; multo sūt ridiculi magis q̄ rustici. quorū error probabilis est cū ad imitatiōem latinorū paia. meaia. baraia. & filia pferūt. Quod uero duplex sit potestas. u. litteræ: atq; modo uocalē mō cōsonātē eē: nemo prope est: q; id nō itelligat. Est tñ adhuc illius tertia quæ dā uis quotiēs post. q. lram alia subeunte uocali sequit̄. Idq; oēs antiq; simul & iuniores fatēt. Quæ tñ habeat fonū: magna inter natiōes diuersitas ē. Ego tñ ab hispanis dissentio q; lram hāc oīno surdā esse putāt: q̄tū ab italīs q; sic illā proferūt perinde ac si uocalis eēt. Nā si nullā potestatē & uim ha

bet ut proferri debeat neq; scribēda ē. aut si uocal
ē sonū profecto per seipsā constituet. qđ utrūq; fal
sum esse Quītilianus demōstrat. qui. q. adiuncta
scilicet. u. paululū a nostris eliquari dicit. Nō igit
dicēdū est cum italis. aqua. q̄q̄. lingua. suadeo. ita
ut. u. quasi uocalis proferat̄. neq; rursus cū hispa
nis. aqua. q̄q̄. lingua. suadeo. u. penitus explosa.
sed quod ratio quædā exigit aqua. q̄q̄. lingua. sua
deo. u. nō surda neq; uocali sed quodam medio so
no eliquata. Circa uocales quoq; aspiratas non ni
hil a nostris errat̄: qui illas non aliter q̄ exiles pro
nunciāt. neq; differt apud illos quod ad sonū atti
net inter omnis qui est genitiuus ab omen: & ho
minis qui est ab eo quod est homo. at q̄ iter ab eo
quod est discedo: & habeo quod est teneo. Illi ad
huc rudiculi magis qui aspiratiōem quasi cōsonā
tem. quæ uocalē ferit quēadmodū hebræi pronun
ciant. Quæ causa fuit græcis ut aspirationē uocali
bus ipēdere fecerūt: ne extra illas sonū aliquē hēre
uiderēt: cū tñ latini illā ī l̄rarū serie posuerūt.

X. littera ut inquit Fabius quē ego uehemēter
auctorē sequor. tā carere potuissē q̄ si nō a græ
cis essem⁹ mutuati. Ea successit ī scripturæ nostræ
cōpēdiū loco. cs. &. gs. Itaq; qđ nūc p. x. pax. apex
lex. remex. scribimus. antiq; per. cs. pa. cs. apecs. p.
gs. legs. remegs. scribebāt. Sed cum hoc inter oēs
constet. & quē sonū. x. ī fine saltē habeat manife
stū sit. Illđ ualde miror unde hæc sartago loquēdi

ut ait Persius in hispanorū linguas uenerit. ut xan
tippe. xenophon. dixi. traxi & silia uoce q̄dam he
brais græcis & latinis incognita & agresti p̄ferant:
& quā (ut diuī Hieronymi uerbis utar) unius tm̄ li
guæ punicæ stridor suā agnoscat. Neq; ego suspi
cor aliunde hispanos hanc uocē sermoni romano
miscuisse quā a poenis iam inde ab eo tpe quo pul
sis fuis fugatisq; gothorū p̄cipib⁹: hispaniā pos
sionē inuaserūt. Illi namq; l̄ram habēt p̄priam
xim. appellant q̄ sonus ille satis exp̄mī. i cui⁹ lo
cū hispani. x. supposuerūt: quotiēs sonū quē ab il
lis acceperant: scribere uolebant. ut in his dictiōi
b⁹ xabon. dixo. relox. & cæteris huiusmōi. Quod
si nō illa ratio nos mouet q̄d. x. p. cs. aut. gs. poni
tur: atq; in earū locū successit: quodq; græcorū & la
tinorū doctissimi adhuc hodie quasi. cs. pronunci
ant: at illud saltē cōsiderem⁹ q̄lē sonū in fine dicti
onis habeat: atq; ad illius imaginē cæteris in locis
p̄feramus. N. p̄cedēte. g. quē sonū habeat ma
gna totius hispaniæ cū omnibus doctis controuer
sia ē. Oēs namq; hispani signū p̄gnus agnosco &
silia sic p̄ferūt: ac si. c. p. g. poneretur. Viri tm̄ eru
diti græci & latini dictiones huiusmodi sono quo
dam ex utraq; l̄ra misto lingua ad palatū tota mol
liter illisa p̄nūciant. Nemo scit hodie quemadmo
dum ueteres illi nō mō. gn. sed alias quoq; l̄ras p̄
ferebant. Est tm̄ lōge credibilis: ueros litterarum
sonos in italia & græcia resedisse: q̄ in hispania q̄
totiēs barbarorū dominationi man⁹ ceruicēq; p̄æ

buit. Sunt tamen qui dicant ex ista ratione dicen-
di nescio quā turpitudinem intelligi quæ in re p̄ser-
tim diuina auditorū animos offendat. Nā si dixerim
inquinunt cognomē. cognosco. cognitus & si-
milīa: ilico incidimus in absurdū quēdā sensū quē
primoribus syllabis ostēdimus. O hoīes impuden-
tes atq; petulcos: q̄ etiā ea quæ omni sermonis rei
q; turpitudine carēt: ex animi sui libidine interpr̄tā-
tur. Si enim dixerit quispiā: illud ex euāgelio Ioā-
nis. cognosco oues meas & cognoscunt me meæ:
ego nihil sentio qđ me pudoris rubore suffundat.
At uos hoīes nequissimi perinde ac si genitale fœ-
mineū subintelligeretis: hoc natat ī labris & ī udo
est menas & atis. Quod si essetis mundi quēadmo-
dum apostolus inq̄t: omnia etiā imūda uobis eēnt
munda. Nunc uero cum sitis immūdi: atq; etiā to-
ti in libidinem pruriatis: ab iis q̄ mūda sunt occasi-
onem imunditiæ uestræ accipitis. Quid uero faci-
etis cum illud ex euāgelio auribus uestris insonue-
rit. fodere nō ualeo: mēdicare erubescō. & illud fo-
derunt manus meas & pedes meos. Oculus dñi su-
per iustos. hæc reques mea in sæculū. Socratē fidi-
bus docuit nobilissimus fidicen Connus. Num id
cū latine legimus quēpiā offendit? Testes nomen
honestissimū ī iudicio: & alibi turpe. Cū legimus ī
sacris l̄ris: surrexerūt ī me testes iniq̄. est ne quisq̄
adeo p̄cax: q̄ illud in turpiore partē accipere uelit?
Quare finite obsecro p̄ deū immortalē has iēptas
seruorū uernilitates: q̄bus iter se ludere cōsueuerūt

Nobis q̄ sacris l̄r̄ar̄ inciat̄i fumus: liceat saluo pu
dore oīa p̄ferre. Quāobrem ego uos adolescentes
egregii in q̄bus iā latini sermonis recuperādi spes
tm̄ est: nam ceteros quia sunt incurabiles cū stul
ticia sua ualere sinam⁹: nō solū hortor & moneo:
uerū etiā obsecro & obtestor: ut oī studio & uigilā
tia sermoni latino incūbatis: atq; illorū uoces imi
temini: quos penes ut poeta inquit arbitriū ius est
& norma loquendi. Neq; patiamur nos ab exteris
natiōibus haberi ludibrio: q̄ cū nos latine loquen
tes audiūt: & si merā sapiētīā crepemus: ilico rhon
chis risu & nasi aduncitate suspēdūt. potiusq; cor
rupti oris uitia hispane loquētes excusemus: q̄ dū
latine uolumus uideri sapere cum magna gētis no
stræ turpitudine & infamia in mille barbarismos
incidam⁹. An uero cū ī sermone hispano rusticos
atq; incolas mōtiū audimus perperam locutos: uix
possumus nos a risu continere: nos cū aliena male
pnūciam⁹: idignabimur si ab iis irridemur: quorū
illa sūt p̄p̄a: Nolite q̄so per deū imortalē in re tā
māifesta eē puicaces. sed p̄cipue uos o patricius s̄a
guis quos uiuere fas ē occipiti cæco posticæ occur
rite sannæ. Q̄ d̄ si forte in romanorū reip. cōtēptū
cui tā lōgo tpe seruisistis latinā liguā uultis corrūpe
cur nō ciuil̄ & p̄tificii iuris: cur nō oīm bonarū ar
tiū atq; theologiæ ī p̄mis: cur nō sacrarū l̄r̄arū quas
in re diuina canimus uolumina abrogatis: cur nō
in demortui sermonis latini locum aliū quēdam
barbarū sufficitis: Sed absit a xp̄iana religione tā



tum de lecus: ut hispane gallice aut germanice carmina cōposita in ecclesijs audiamus: aut cū latine diuinas atq; diuorū laudes canim⁹: in peregrinū & barbaræ aliquē sonū prumpamus. Teq; orbis parēf & mūdi rector: q; explosis aliāx nationū linguis de disti ecclesiæ tuæ sermonē in ore labiū: idest uoces latinas. Teq; sanctissima uirgo eadēq; intemerata mater dei Maria: q̄ secundas coeli partes angustiori forma in mumeꝝ diuorū recepta possides: cuiusq; titulos quotidie latinis uocib⁹ modulamur. Vos q; reliq; coelites q; ī hoc sermōe firmissima xp̄i ecclesiæ fūdamēta iecistis q; lratores isti ātiq; tatis ignoratione ppe euerterunt: obsecro phibete hanc ignominiam a rep. christiana: neq; solū ab incurfu: sed etiam a barbarorū stridula atq; incōdita uoce defēdite. Vos p̄terea clarissimi atq; inuictissimi principes: quorū auspiciis & ductu hispaniæ totius membra dissipata ī unum ppe corpus iam rediere: curate ne foelicitati quam n̄ro sæculo dedistis: hoc unū latini sermonis ornāmētum desit amplissimū. Tu quoq; o & præsidium & dulce decus meum cisterciensis militiæ primarie antistes & magister altera spes illustrissimæ domus de Stuñiga Ioannes: ī cuius absētis honorē has q̄lescunq; repetitionum mearum primitias dedicamus: faue p̄cor Antonii tui coeptis ingētibus: q; p̄mus idēq; solus cōtra linguæ latinæ hostes signis illatis: oēm illorum contra se impetum ausus est sustinere.

FINIS.